



V. Potest aliquando abfolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quin immo directe, & ex proposito querit, aut ei se ingerit. Est 61.

VI. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugienda occurrit. Est 62.

VII. Licitum est quarere directe occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi. Est 63.

## §. II.

Propositiones laxæ Casuistarum nondum damnatæ.

I. R. Ogas, utrum fornicatio, & pollutio, aut quæcumque alia non naturalis carnis commixtio, habita in crete in Ecclesia, sit sacrilegium, & hoc debeat in confessione explicari? Respondeo, esse probable quod non. "Caramuel in Regul. disp. lxvii. num. 1017. Vasquez in 1. 2. D. Thomæ quest. lxxii. disp. xviii. cap. vi. num. 6. pag. 463.

II. Possunt famuli tuta conscientia meretricis, aut peccatis mente ministrare, cibos non solum communes, sed & calidos, & provocantes ad venerem condire, & lectum privatum sternere. Consulto non solum cibos communes dixi, quia scio esse maiorem difficultatem, si essent tales qui excitarent venerem. Tunc enim iuxta aliquos Theologos deberent famuli a tali re vitio desistere, ne in venerem illicitam cooperarentur indirecte. Ad prudentiores ereditur etiam tales cibos posse sine culpa condiri. "Idem Caramuel in Theol. Practicent. Tom. IV. præcept. vi. q. viii. cap. 2. n. 2074.

III. Possunt lectum domino, & amasie sternere citra culpam venialem, consensu Azorio, & Diana. *ibidem* num. 2075.

IV. Non est peccatum mortale dominum, & pellicis, alias rem habiturus, aut lectum procurare hospitiis, aut parare meliorem loitum, aut foribus fulsire. Ratio est, quia aliud est fornicari, aliud maiorem in ipsa fornicatione habere delectationem in genere luxurie; aliud, & omnino diversum, habere maiorem requiem in genere commoditatis. Sane hanc ultimam domino etiam fornicaturo procurare malum non est. "Idem *ibid.* num. 2077.

V. Non est peccatum conducere pellicem in domum sui domini; tamen eam per-

caturam praveas. "Idem *ibid.* n. 2081.

VI. Scio ex verbis amatoris securitatem pollutionem, vel ex curioso femine aspectu, vel ex nimia comestione, aut ebrietate. Num sit mortale? Docet Vasquez non esse, nisi prævisi. "P. Antonius Escobar in Sum. tr. 1. exam. viii. c. lxxv. n. 80.

VII. Circa verba quædam, an peccaret mortaliter qui feminam sollicitaret in intentione executionis, ob solam ostentationem amoris, si sciat certo illam minime ad assensum alliciendam? Peccat plane, quia ad scandalum illam adferre. Quid, si tam effrenate libidinis sit qui sollicitat, tantaque iam infamia circa libinem laborat ut nullatenus femina ad scandalum assensenda sit? Non delinquit mortaliter. "Idem *loc. cit.* num. 97.

VIII. Scit mulier in choreis se ab aliquo tanquam intentionis prope; peccat ne eiu modi tactus admittendo? Respondeo negative. "Idem *loc. cit.* num. 80.

IX. Valde probable est, opinionem affirmantem oscula, & tactus, dummodo non sint in partibus ad generationem delinatis intentione carnali, non esse peccata mortalia, sed ad summum venialia... Unde colligo, quod Confessor sollicitus in confessione ad huiusmodi oscula, & tactus absque intentione prava, non sit denuntiandus vi motus proprii Gregorii XV. & ariorum summorum Pontificum. "P. Thomas Hurtado Tom. I. variat. resol. tract. lxx. cap. lxxii. resol. 27.

X. Dicendum est, peccata luxurie contra naturam, etiam si magna turpia appareant, & maiori nota infamie digna sint, ex genere tamen suo minora esse quam peccatum furti. "P. Vasquez in 1. 2. D. Thomæ Tom. I. quest. lxxii. art. 4. in notatione, num. 20. pag. 480.

XI. Habens delectationem venerem, cessante tamen periculo consensus in eam, vel periculo in pollutionem consensus, nullo modo peccabit, nequidem venialiter, si solum permittat appetitum delectari, neque gative se habendo. "Ioannes Sanchez in disp. select. disp. xxi. num. 3. pag. 102. edit. Venet. ann. 1639.

XII. Qui ederet calida, ut somnia immunda haberet, non peccaret: quia somnium impudicum voluntarium in causa nullo iure prohibetur est. "Idem *loc. cit.* num. 13. pag. 106.

XIII. Quando est delectatio solum probabi-

habile te succubitorum tentationi, certe etiam probable est te non succubitorum.

Atque sicut in plurimis aliis materiis fastidii est ex utralibet sententiarum speculatione probabilium deducere conclusionem tibi gratam; ita liebit tibi argumentari, quærum tibi graves tentationes, ob quas vir prudens sapienter iudicare potest, me lapsurum in novum crimen mortale, si accessero ad hanc domum. Vice versa sunt alia rationes etiam graves, ob quas alius æque prudens propinquaret me non lapsurum. Ergo possum sine nota temeritatis, & imprudentie me committere illi occasione, certo non commissurum, si li-

quido scirem me in illa admitturum illud grave peccatum. Atque adeo fas est per se loquendo committere se periculo probabilis peccandi mortaliter. "P. Gregorius Gobat in Experiment. Theolog. volum. 1. tract. vii. cap. 16. num. 725. pag. 595. edit. Montañani ann. 1660.

XIV. Liquido scio crebro fieri, preteritum inter plebeios, & rusticos, ut eodem in lecto puella cum proco cubent aliquot horas induti, & exuti; & tamen nihil omnino impudicum agant, vel novissimoscule, & turpes atrevelationes exercent: unde iudico, non posse a Confessario negari abolitionem omnibus illis puellis plebeis... que non videntur habere propositum nunquam amplius admittendi procum in lectum suum. "Idem *Volum. II. cuius titulus Quinarius Tractatum &c. tract. v. cap. xxxii. sec. 2. num. 19. & 20. pag. 552. & 553. Edit. Constant. anno 1670.*

XV. Si concubinaris nequeat dimittere suam concubinam sine iactura centum aureorum, lege duacatorum, poterit Confessor pro re nata amplecti sententiam vel Ioannis Sanchez, vel Ovidii, paulo ante relatam. "Idem tract. vii. cap. 16. num. 536. pag. 596.

XVI. Si ipsa est ita effrons, ut dimissa prolatura sit oculum concubinatorum, retinere eam volenti patrociniatur plerique ex citatis; sed utique munendus erit peculiaribus propolis, & aliis mediis: sicut & patrociniabuntur, si ipsa sit eius ancilla, & nequeat aliam adipisci alique pari periculo; cum tamen haud possit ullo modo carere ancilla omni. "Idem *ibid.*

XVII. Si rusticus a viro exilimato doctus, ac pio audisset fornicationem, & sursum externa effe peccata, aut licere fornicandi, aut sursum desiderium, quibusdam

Neotericis doctis videtur, hanc ignorantiæ minime excusare, quod hic libere velit obiectum externum, quod esse peccatum novit... Quamvis hoc probable sit, probabilius tamen credo illum actum internum excusari omnino a malitia. "P. Thomas Sanchez Lib. I. in Dec. c. xvi. n. 16. & 17.

XVIII. Licet Nav. Philiar. Azor. existimant, etiam coniugatum peccare mortaliter, si voluntarie delectetur commotio- ne sensitiva, ac venera, orta ex coniugis absentis apprehensione, eo quod talis commotio tunc ordinari non possit ad actum conjugalem, sed potius ordinetur ad pollutionem; opposita tamen sententia probabilitate non caret. "P. Paulus Layman Tom. I. Lib. I. tract. 3. cap. vi. n. 14.

XIX. Peccatit Sulana consentiendo, & cooperando, puta committendo se lenibus, quod ipsi pecebant ver. 20. Potuisset tamen in tanto periculo infamiae, & mortis negativæ se habere, ac permittere in se eorum libidinem, modo interno actum in eam non consensisset, sed eum detestata, & execrata fuisset: quia maius bonum est, & fama & vita quam pudicitia; unde hanc pro illa exponere licet. Itaque non tenebatur ipsa exclamare, ut docet Dominicus Soto Lib. V. de iust. q. 1. art. 5. & Navarrus Man. c. xvi. n. 1. Quod ergo exclamaverit, nulloque modo libidinem illorum in se permittit, actus fuit insignis & heroice caritatis. Talis est enim merito male quam polli. "Cornelius a Lapide in Daniele cap. xiii. vers. 22.

XX. An, si amicus meus velit ut ego feram muticula, & similia, turpis sit etiam auctoritate muticula, quæ ipse mittit ad suam concubinam, postquam ipse peccato decesserit? Fateor, si tibi magis sit eiusmodi amicitia, ac vere tamen ergo amicitia, excusari te posse: quia tunc notabilis nocentium iustus meus accedit. Simile quid erit, si a te amicus perat ut cubiculum ei accommodes, in quo scis eum fornicaturum. "P. Thomas Tamburinus Lib. V. in Decal. cap. 1. §. 4. n. 20.

XXI. An ex aliqua iusta causa licitum sit commodare cubiculum alicui perenti ad fornicandum, vel locare domum meretrici, etiam si hoc circumstantiam aliquis peccatum admittit: ut si meretrici domum illam conducens plurimum feminis honestis vicinis noceret? De hoc casu olim interrogatus fui. Nam quidam vir nobilissimus

instanter ab amico domum eius ad meretricium petebat. At si hoc illi denegasset, in gravissimum damnum incidebat. Concluit, an peccaret hoc faciendo. *Et respondit negative*, quia absque detrimento proprio proportionato hoc denegare minime poterat. "P. Antoninus Diana Tom. VII. *coord. tract. v. resol. 48. §. 1. pag. 241. edit. Ven. an. 1698.*

XXII. Ex hoc colligitur quid dicendum sit de auribus detentibus meretricem ab uno loco ad alium, quod sciunt illic petere ad peccandum. Hi enim regulariter excusantur a peccato, quia *adest causa non amittendi iurum*, quod ex eo ministerio comparant. Ita ille (Merolla) & ego. "Idem Diana loc. cit. *resol. 42. pag. 239.*

XXIII. An sit aliqua causa excusans præbentem munera concubinis iudicis, ab illaque petentem ut iudicem in negotio interperlet? ... Si negotium grave sit, videlicet iudicem tibi non esse propitium, speres autem intercessione concubine gratum fore, neque alia via appareat qua possis illum ad servandum tuum ius inflectere; crederem tibi licere petere a concubina ut in tali negotio intercedat. ... Quod vero melius illa intercessione concubina, & iudex periculo peccandi exponatur, non obstat quominus id licite fieri possit, urgente gravi causa. "P. Ferdinandus de Castropala Tom. I. *tr. vi. disp. vi. punct. 15.*

XXIV. Peccant sine dubio mortaliter, regulariter loquendo pictores pingentes *vel de turpia, & obscena*, & multo magis si striones eulmodi *valde turpia* representantes, ex quibus moraliter certum est multos lapsuros graviter quoad castitatem, & pudicitiam. . . Dico autem regulariter loquendo: nam in casu raro, si tanta esset pictoris, vel hiltionis necessitas, ut eo *licet indugere ad victum, vestitum*, vel eulmodi *quid necessarium*, semel aut iterum licere, donec alia victus ratio occurrat, permittunt alii DD. cum Tamburino, dummodo ablit periculum morale impurae delectationis venereæ. "P. Patricius Sporer Tom. II. *tract. v. in 5. præceptum Decal. cap. 1. sect. 3. num. 92.*

XXV. Utrum pictori liceat pingere imaginem analicæ pro eo quem pictor certo scit in illam turpiter esse affectum; idque extra finem matrimonii, præteritum si etiam essent matrimonii ad invicem incapaces? Resp. non licere citra peccatum mor-

tale regulariter loquendo, cum præbeat foementum, & incrementum turpis amoris; nisi iterum causa gravissime necessitatis pictoris excularet: cum enim talis pictura se sit indifferens, & etiam bono viui deservire possit, ab eulmodi *gravis necessitate poterit pictor permittere* peccatum alterius. "Idem Sporer loc. cit. n. 93.

XXVI. Utrum liceat famulo domino ascendere volenti ad rem habendam cum te, mina, pedem sustinere, aut scalam vitæ nere ad mortem sibi imminetent vitandam? Negabunt forsitan aliqui post decretum SS. P. N. Innocentii. Sed probabilissimum to respondeo affirmative. . . . Nec obstat quod ea cooperatio damnetur in 51. propositione memorati decreti Innocentii, quia in eo decreto damnatur ea cooperatio facta ob causas in propositione ipsa memoratas. "Leandri SS. Sacramento in *Decal. præcep. l. vi. in ordin. ix. tract. vii. disp. iv. quæst. 11.*

XXVII. An famulus scribens, vel detur ferens scripta ad venerem provocantia ad evadendum mortis, vel gravis noementi periculum, peccet mortaliter? . . . Probabiliter respondeo negative. "Idem loc. cit. *quæst. xxviii.*

XXVIII. An liceat famulo concubinam portare, ne a domino male tractetur, aut e domo expellatur? . . . De casu autem huius questionis mentionem nullam fecit *proposito damnato* (51. ab Innocentio XI.) ac proinde non est propter illam recedendum ab affirmativa lententia. "Idem loc. cit. *qu. xxvi.*

XXIX. Interesse comediis, ubi turpes res representantur, ob solam vanam curiositatem absque periculo probabili lapsus in aliquod mortale, non est letale. Immo quando audiuntur huiusmodi turpia in comediis representata ob solam delectationem resultantem ex *verbis turpibus*, non est mortale. "P. Vicentius Candidus Tom. I. *disquisit. xi. art. 2. dubit. 5.*

XXX. In re venerea, sive in delectatione non propria luxurie deliberato admissa, in soluit potest præctice admitti parvus materie. "Torreilla Tom. I. *tract. 111. disp. 11. cap. 111. tota fere sect. 1. an. 14. fol. 514.*

XXXI. Femina, cui mors, infamia, vel detrimentum in bonis, vel aliud finis le immineat, vel letali non tenetur vociferare, vel cum tanto incommodo resistere;

sed,

sed, secluso periculo consensus, poterit se sine ore pressori. "Idem Torreilla Tom. I. *Summ. tract. 111. disp. 11. cap. 111. sect. 2. n. 15. fol. 514.*

XXXII. Possunt coniuges, ut saluti consulant, vel ne onerentur prole, cessare in mutuo consensu a copula incepta, si ab utraque ipsius, quod letaliter peccent. "Idem *ibid. sect. 5. num. 92. fol. 550. cum Diana, & aliis.*

XXXIII. Secluso periculo pollutionis, saltem ut ipsis voluntaria, gravis culpa non est coniugatis delectari de copula præterita, vel futura, ut presentis sibi proposita, etiam in tempore in quo copulam exercere non valent, etsi abientes sint. "Idem *ibid. tract. 111. disp. 11. cap. 111. sect. v. n. 134. fol. 554.*

XXXIV. Secluso item periculo pollutionis, saltem ut ipsis voluntaria, gratia, vel non est in sponsis de futuro, aut viuis mente, vel etiam sentu delectari in copula huius in matrimonio habenda, vel habita. "Idem *ibid. n. 149. & 152. fol. 556.*

XXXV. Secluso rursus periculo pollutionis, saltem ut ipsis voluntaria, gravia non sunt in sponsis de futuro oscula, & amplexus, & tactus (qui prolixus libidinosi non sint) ad turpem aliquam delectationem. "Idem Torreilla Tom. I. *Summ. tract. 111. disp. 11. cap. 111. sect. 5. num. 165. fol. 557.*

XXXVI. Pollutio prævisa, secluso periculo consensus, & intentionis erga ipsam, non est sufficienter voluntaria, & imputabilis ad culpam, si proveniat ex causa, quæ, etsi nec necessaria, neque utilis sit, remote tamen ad pollutionem se habet, vel in illam notabiliter non influat. "Idem *ibid. sect. 9. n. 39. fol. 586.*

XXXVII. Pollutio eodem periculo consensus, & intentionis, quoties causa, ex qua provenit, non est graviter peccaminosa in materia luxurie, etsi illa in se sit graviter peccaminosa in alia specie, & in illa prævideatur futura, non est peccatum mortale. "Idem *ibid. num. 63. fol. 591.*

XXXVIII. Pollutio, abstrahendo a voluntaria, vel involuntaria, intrinsece mala non est. "Idem *ibid. n. 87. fol. 591.*

XXXIX. In propos. 38. damnata ab Innocentio XI. (quæ aiebat: *Tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam Cong. Theol. Tom. IV.*

involvere malitiam, ut contrarium omnino rationi distionem videatur) non damnatur dicere fornicationem non esse malam se candum se; sed modus propositionis, quæ tenus ait: *Tam clarum videtur.* "Idem in *prop. damn. tract. viii. ad prop. 43. Inno. concl. 2. fol. 455.*

XL. In propos. 49. damnata ab Innoc. XI. quæ aiebat: *Molities iure nature prohibita non est: non venit damnatum dicere, iure nature sub venialit tantum esse prohibitam.* "Idem *ibid. ad prop. 49. Inno. concl. 5. fol. 547.*

XLI. Non est grava desiderare pollutionem que vel in somniis, vel etiam in vigilia, nulla data culpabili opera, eveniat, vel tantis causis, vel ob sedandas tentationes, aut ex alio quovis motivo honesto. "Idem Tom. I. *Sum. tract. 111. disp. 11. cap. 111. sect. 9. n. 99. fol. 593.*

XLII. Peccat uxor, quin graviter peccet, mere passive se habere (saltem secluso periculo consensus) ad idolum, ad quam maritus cogit lux moris comminatione. "Idem *ibid. sect. 10. num. 9. fol. 594.*

XLIII. Audire, loqui, scribere, canereve turpia, & similiter turpia gesticulari obloquium levitatem, ex se non est grave. "Idem *ibid. sect. 12. n. 171. & 172. fol. 610.*

XLIV. Pari modo choreæ, etsi turpes, sunt indifferentes, non que intrinseca mala sūt. Unde ex levitate animi tantum, vanitate, vel vana recreatione esse ducere, vel spectare, peccatum veniale non excidit. "Idem *ibid. n. 173. fol. 610.*

XLV. Scenis assistere, illaque spectare de rebus etiam turpibus, & amatorias, secluso periculo consensus, gravis culpa non est. "Idem *ibid. num. 176. fol. 610.*

XLVI. Similiter gravis culpa non est, secluso periculo scandalii, & prava provocandi intentione, tales comedias turpes representare, aut facere. "Idem *ibid. n. 181. fol. 611.*

XLVII. Fucare se feminas, si ad maiorem pulchritudinem ostendendam fiat, dummodo prava intentio ablit, si iuxta consuetudinem patriæ fiat, nec veniale forsitan erit. "Idem *ibid. n. 182. fol. 611.*

XLVIII. Mulier si se ornet iuxta consuetudinem patriæ, non peccat, ne minime graviter, etiam si ornatus sit superfluus, & maximus, licet animadvertat turpiter adamari posse, dummodo animo provocandi hoc non fiat. "Idem *ibid. disp. O 3*

1. cap.

1. cap. 1. sect. 3. n. 120. & 122. fol. 250.  
 XLIX. Ornatus muliebris, etiam maxime  
 infligens, consuetudinem patrie non exce-  
 dens, nullam figuram, speciemque mali ha-  
 bet, dummodo non sit habitus peculiaris  
 meretricum. Idem *ibid.* n. 122. fol. 250.  
 L. Gravis culpa non est in feminis no-  
 tabilis denudatio ad mamillas ad offenden-  
 dam pulchritudinem, si fiat iuxta consue-  
 tudinem patrie, dum animus provocandi  
 ab sit. Idem Torrecilla *Tom. 1. Sum. pract.*  
 111. *dis. 11. cap. 111. sect. 12. n. 186. fol. 611.*  
 LI. Gradus, intra quem constituitur in-  
 cessus, etiam si primus, non venit neces-  
 sario in confessione exponendus. Idem  
*ibid.* *sect. 6. n. 24. fol. 562. & seq. cum*  
*Diana, & aliis.*

LI. Nec est circumstantia incestus ne-  
 cessario consistenda, impudice tractare, vel  
 etiam sodomitice conlanguineos, vel affi-  
 nes matulos, vel feminas. Idem *ibid.*  
 n. 45. fol. 564.

LII. Dubitatur hic, an possit absolvi  
 qui in occasione peccandi proxima verlusus  
 est, antequam illam tollat, prelerim si  
 in alia confessione id promittit, & deinde  
 non silet promissis. Nonnulli putant ab-  
 solvi non posse extra calum necessitatis...  
 Communis tamen cum Suarez, Tapiena,  
 & aliis censent, posse huiusmodi peniten-  
 tiam absolvi femina, ac iterum, si apparet  
 hic & nunc vera signa doloris, & propo-  
 siti efficacis tollendi statim occasione pro-  
 xima. Ratio cur videatur posse prima, &  
 secunda vice absolvi, est, quia ponit peni-  
 tentiam ante, audiendo confessionem, ac  
 cognitionem, aut audiendo ipsius Confessarii  
 admonitiones excitari ad verum & efficacem  
 propositum non peccandi: in quo calui est  
 sufficienter dispositus. Sic passim abvoluntur  
 penitentes, per hoc quod proponant  
 restituere, quamvis ante confessionem non  
 restituerint; prout poterant... Neque  
 ex propositione illa 61. Innocenti XI. erui-  
 tur quod absolvi non possint. Nam qui pro-  
 ponit occasione statim tollere, non potest  
 dici quod illam velit de presenti. P. Do-  
 minicus Viva in *sua Tract. in Prop. 41.*  
*Alexandri VII. num. 16.*

LIV. Queritur tertio, an reservatio  
 afficiatur qui cum Moniali peragat, vel  
 atterent actus lubimpudicos de veniales:  
 & si venas vellicare, mamillas tangere,  
 & solum ex pravo affectu, vel ex prava  
 intentione morales. Resp. negative. Nam  
 iuxta nostram regulam octavam non nisi

peccata per externam malitiam mortalia  
 relervantur. in *Dissertatione in Casusra-*  
*servatos Venete Dioceceses.*

## CAPUT II.

Sensus genium divini mandati, Non  
 moehaberis.

I. Communis est Catholicorum senten-  
 tia, prefatis verbis, Non moehaberis,  
 Deum prohibuisse non adulterium tan-  
 tum, quod proprie significat verbum *Moe-*  
*her*, sed quemcumque illicitum concubitum, om-  
 nemque libidinis actionem. Duo hic sapien-  
 ter distinguit Augustinus in *qu. super Exod.*  
*qu. lxxi.* Primum adulterium tantum viris  
 quam feminis vetitum. *Utique ista lex non*  
*solum viris in populo, verum feminis data*  
*est. Neque enim quia dictum est, Non concu-*  
*pisces uxorem proximi tui, nisi fili hic pre-*  
*ceptum debet putare femina, tamquam licite*  
*possit concupiscere virum proxime suae. Si ergo*  
*hoc ex illo quod viri dictum est, intelligi-*  
*tur, quamvis non dictum sit, quod etiam ad*  
*feminam pertinet; quanto magis ex eo quod*  
*dictum est, Non moehaberis, uterque sexus*  
*constringitur, cum & ipsum preceptum potest*  
*referri ad utrumque, sicut Non occides, non*  
*furaberis, & alia que similiter sonare communitur?*  
 Tamen, ubi unus exprimitur, honoratur utri-  
 que exprimitur, id est masculinus, ut ex hoc  
 intelligat etiam femina quid sibi preceptum  
 sit. Alterum, quod nomine *Moechia* quemcum-  
 que fornicationis, & luxurie speciem turpem  
 prohibeat Deus. *Quis ergo moechia etiam*  
*fornicatio in Scripturis dicitur. Sed utrumque*  
*omnis fornicatio moechia dici potest, in e-*  
*isdem Scripturis non nisi interim occurrit lec-*  
*tationis exemplum. Sed si non omnis fornicatio et-*  
*iam moechia dici potest, ubi sit in Decalogo pro-*  
*hibita illa fornicatio quam faciunt viri qui ux-*  
*ores non habent, cum feminis que maritos non*  
*habent, utrum inveniri possit, ignoro. Sed si*  
*furti nomine bene intelligitur omnis illicita*  
*usurpatio rei alienae: non cum rapinam per-*  
*missit qui factum prohibuit; sed utique a par-*  
*te totum intelligi voluit quicquid illicite re-*  
*tum proximi auferitur: profecto & nomine mo-*  
*echie omnis illicitus concubitum, atque illorum*  
*membrorum non legitimus usus prohiberi de-*  
*bet intelligi. Idem docet Lab. 1. de *servi.**  
*Dom. in morte cap. xxiii.*

II. Plura alia tum ex Augustino, tum ex  
 ceteris Patribus hic transferre possem, quae  
 bre.

brevitatis gratia missa facio. Convenit enim,  
 ut dixi, penes Catholicos in hoc mandato,  
 Non moehaberis, quamlibet luxurie actio-  
 nem vetari tum exterioriorem, tum interioriorem.  
 Quod ratione ipsa declarare quoque possu-  
 mus. Plures sunt luxurie species ipso adu-  
 terio nefandiores, ut bestialitas, sodomia,  
 incestus, & mollities. Porro qui prohibet m-  
 nus, potiore reus maius malum vetat. Et  
 quamquam fornicationis simplicis malitia in-  
 ferior fit adulterii iniquitate; tamen quia nau-  
 tra sua mala est, ut infra videbimus, & il-  
 la prohibita intelligitur. Expresse vero illam  
 prohibuit Deus Deut. xxiii. *Non erit mer-*  
*itrix de filiabus Israel, nec fornicator de filiis*  
*Israel.* Item Levit. xix. *Ne prostituas filiam*  
*tuam.*

III. Eadem ratione prohibentur ea omnia  
 que antecedunt luxurie actionem, ut oscula,  
 tactus, amplexus, colloquia prava, epilohr  
 amatoris, lasciva ornamenta, & cetera id  
 genus, que ad concitandam, fovendamque  
 libidinem tendunt. Vetito enim sine, eo ipso  
 prohibita censentur ea que fini comparando  
 intersunt. Quamobrem quolibet mandatum  
 Decalogi, quia ratione vetat opera exteriora  
 prava, vetat pariter actus internos. Virtus dum-  
 taxat adversus lectum, & septimam manda-  
 tum alius duobus mandatis expresse venantur  
 ob impotentiorum hominum in eadem prope-  
 sitionem. Cuiuslibet quippe vitii interiores a-  
 ctus, ut dictum est, prohibentur implicite.  
 Desideria vero, delectationesque contra lectum,  
 & septimum mandatum nono & decimo pro-  
 hibuit expresse Deus, tum ut validius eiusmodi  
 inclinationes coerceret, tum etiam quia obce-  
 cati Iudei autumabant, opera dumtaxat ex-  
 terna vitia esse.

IV. Panis rem omnem expedit Catechis-  
 mus Concilii Tridentini Part. III. in 6. pre-  
 cep. num. 5. his verbis. *Præcipue vero ob cau-*  
*sam adulterium diserte vetitum est, quia præ-*  
*ter turpitudinem que illi cum aliis intempe-*  
*rantie generibus communis est, iniustitia quo-*  
*que peccatum non solum in proximum, sed*  
*etiam in eivem societatem adiunctum habet.*  
*Est illud item certum, quod si a libidinum ce-*  
*terarum impertinentia non abstinere, eum ad hanc*  
*que advenit, incontinentiam facile labi.*  
*Quare hoc adulterii interdictio facile intelligen-*  
*tur omne impuritatis, & impudicitie genus,*  
*quo polluitur corpus, prohiberi. Immo vero o-*  
*mnem intimam animi libidinem hoc precepto ve-*  
*ritum esse, tum ipsius legis vis significat, quam*  
*spiritualem esse constat; tum Christus Dominus*  
*decurit illis verbis: Audistis, quia dictum est*

antiquis non moehaberis: ergo autem dico  
 vobis, quod omnis qui viderit mulierem ad con-  
 cupiscendum eam, iam moehatus est eam in  
 corde suo. Hæc sunt que fidelibus publice tra-  
 denda duximus.

## CAPUT III.

Quid sit luxuria, & quam illius species

I. Hæc est vitii luxurie finitio quam tra-  
 dit D. Th. 2. 2. quest. ciiii. artic.  
 3. *Hæc pertinet ad rationem luxurie, ut ordi-*  
*nem, & modum rationis excedit circa venerem.*  
 Quod paucioribus verbis explicari poterit. Est  
 usus venererum contra rationem. Venera li-  
 cita esse querunt, si rationis ordo servetur;  
 quemadmodum cibis & potus. Nam sicut cibis  
 ad individui, ita illa ad speciem conversationem  
 destinata sunt, ut idem Angelicus loc. cit. artic.  
 2. perperine explicat, inquires: *Et ideo sicut*  
*usus ciborum potest esse absque peccato, sicut*  
*debito modo, & ordine, secundum quod com-*  
*parat saluti corporis; ita etiam & usus ve-*  
*nererum potest esse absque omni peccato, si*  
*sit debita modo & ordine, secundum quod*  
*est convenienter ad finem generationis hu-*  
*mane.*

II. Quest. I. Sit ne luxuria vitium genere  
 suo mortale, & capitale? Resp. Adfirmat  
 omnes cum D. Paulo ad Galat. v. ubi te-  
 statur: *Qui talia agunt, Regnum Dei non possi-*  
*debunt.* Ratio ipsa id evincit. Venera enim  
 ad generis humani propagationem ordinata  
 sunt. Ergo hæc pervertete, & in alium finem  
 detorque, est enormis ordinis a natura, &  
 a Deo præsertim perturbatio. Sui itaque ge-  
 nere gravis culpa erit. Quod evidenter offen-  
 dit Angelicus, dum probat vitium istud inter  
 capitalia crimina enumerari. Quod quidem  
 inquit 2. 2. quest. ciiii. artic. 4. *Vitium capi-*  
*itale est quod habet finem multum appetibi-*  
*lem; ita quod ex eius appetitu homo procedat*  
*ad multa peccata perpetranda: que omnia ex*  
*illo vitio, tamquam ex principali, erri dicun-*  
*tur.* Finis autem luxurie est delectatio vene-  
 rerum, que est maxima. Unde huiusmodi de-  
 lectatio est maxime appetibilis secundum appeti-  
 tum sensitivum, tum propter vehementiam  
 delectationis, tum etiam propter comaturalita-  
 tem huiusmodi concupiscentie. Unde manife-  
 stum est quod luxuria est vitium capitale. Si  
 proximi species, luxuria non capitalis modo  
 culpa est, sed etiam inter capitalia scelera fa-  
 cile princeps: nam committere homines pro-  
 pter luxuriam, aut ream cupiditatem cetera  
 crimina perpetrant. O 4

III. Quæst. II. *Quæ sunt luxuriae filiae?*  
 Resp. Octo, respondet idem D. Thomas 2. 2. quæst. c. lxxxii. artic. 5. suntque sequentes: *caecitas mentis, inconsideratio, precipitatio, inconstancia, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, & horror futuri.* Priores quatuor mentem, posteriores voluntatem inquinant. Nemo Angelico Doctore clarius rem hanc expedit. Quare eiusdem verba, quæ ibidem habet, transcribo. *Sunt autem rationis quatuor actus in agendis. Primo quidem simplex intelligentia, quæ apprehendit aliquem finem ut bonum: & hic actus impeditur per luxuriam, secundum illud Daniel. xlii. Species decipit te: & concupiscentia subvertit cor tuum: & quantum ad hoc ponitur caecitas mentis. Secundus actus est consilium de his quæ sunt agenda propter finem: & hic etiam impeditur per concupiscentiam luxuriae. Unde Terentius dicit in Eunuchis, loquens de amore libidinoso: Quæ res in le neque consilium, neque modum habet ullum, eam consilio regere non potes: & quantum ad hoc ponitur precipitatio, quæ importat subtractionem consilii. Tertius est iudicium de agendis: & hic etiam impeditur per luxuriam: dicitur enim Daniel. xlii. de sensibus luxuriosis: Avertentur sensum suum, ut non recordarentur iudiciorum inferiorum: & quantum ad hoc ponitur inconsideratio. Quartus autem actus est præceptum rationis de agendo; & qui etiam impeditur per luxuriam, in quantum scilicet homo impeditur ex impetu concupiscentiæ non exequantur id quod deberent esse sciendum: & quantum ad hoc ponitur inconstancia. Obnubilatio autem mentis lumine necessario consequitur eam voluntatem in suis actibus aberrare. Hanc quoque actuum voluntatis perturbationem peripetice explicare Angelicus ibidem pergit hoc pacto. *Ex parte autem voluntatis consequitur duplex actus inordinatus. Quorum unus est appetitus finis: & quantum ad hoc ponitur amor sui, quantum scilicet ad delectationem, quam inordinate appetit: & per oppositionem ponitur odium Dei, in quantum scilicet prohibet delectationem concupiscentiam. Alius autem est appetitus eorum quæ sunt ad finem: & quantum ad hoc ponitur affectus praesentis saeculi, in quo scilicet aliquis vult frui voluptate: & per oppositionem ponitur deperatio futuri saeculi: quia dum nimis detinetur carnalibus delectationibus, non curat pervenire ad spiritualis, sed ipsius est.**

IV. Luxuria ergo simplicem mentis intelligentiam, quæ finem ut bonum apprehendit, consilium de his quibus finis comparatur, iudicium de his quæ agenda occurrunt, & rationis præceptum, quod executionem imperat, involvit, perturbat, vitiat, depravatque quatuor recentis impedimentis, caecitatem, inconsiderationem, precipitatioem, inconstanciam. Voluntatis actuum similiter econominem confundit, pervertitque immanis libido. Delirium enim finis intentionem amore sui, in quo finem constituit. Ex hoc amore proprio oritur odium Dei, qui voluptates carnales prohibet. Electionem denique mediorem perturbat, in ferique amorem praesentis saeculi: & tandem hunc amorem consequitur horror, ac desperatio æternæ felicitatis, quoniam voluptates carnales vix praesentis, fastidium pariunt celestium delectationum. Hæc omnia experiuntur libidinosi, & voluptatibus dediti homines: eodem semper luto hærent, & in facibus suis volvuntur, ut lues: vix in celum erigere mentis oculos audent. Deum blasphemant, quod tam suaves voluptates prohiberit: mortis, futuræque vitæ recordationem excutiunt, ne amaritudinem ullam suis delectationibus apergant. Vides illos in consiliis caecos, præceptis, inconsideratos, nunquam sibi constantes, & bona omnia dissipantes ad luxuriam explendam. Displacent sibi ipsis, & vehementi, ac perpetua siti ardentes, lutulentas aquas querunt, ut ipsam extinguant. At quo plus bibunt, eo plus adstant, quin refrigerium aliquod nunquam assequuntur. Quam sint libidinosi ad publica officia, & regimini inepti, nemo non videt. Nulla in ipsis prudentia, consilium nullum: ut suis pravis cupiditatibus morem gerant, omnia tum divina, tum humana concitant. Quod si proprium patrimonium, corporis sanitatem, & animam ipsam prodigunt; nunquid publicam aliorum felicitatem promovebunt? Quare, si illi ipsi sibi rationem adiunxerint, sequæ in iuramentorum gregem sponte coniciunt, iure & merito a quacunque dignitate, officio atque omnino deberent. Nec opponas, luxuriosos te agnosisse consilio, & prudentia præditos. Nam, quod perarrant eum, commanem legem non tollit.

V. D. Thomas loc. cit. ad 4. præter enumeratos octo luxuriæ fetus, partim ad intellectum, partim ad voluntatem spectantes, atque insipientes utramque hanc hominis facultatem, quatuor alia istius hydra monstræ receniet, quæ externa sunt, & locationem ipsam inquinant, aliamque turpiloquia, scurrilia, ludicia, & stultiloquia. Dicendum, quod illa quæ Isidorus ponit, sunt quatuor inordinati actus exteriores, & præcipue ad locationem pertinentes: in qua est aliquid inordinatum quod præcipit. Uno modo propter naturam; & sic ponuntur turpiloquia: quia enim ex abundantia cordis os loquitur, ut dicitur Matth. xxi. luxuriosus, quorum cor est turpibus concupiscentiis plenum, de facili turpia verba proferunt. Secundo ex parte causæ: quia enim luxuria inconsiderationem, & precipitatioem causat, consequens est quod faciat proterviter in verba leuter, & inconsiderate dicta, quæ dicuntur scurrilia. Tertio quantum ad finem: quia enim luxuriosus delectationem querit, verba sua ad delectationem ordinat: & sic proterviter in verba ludicia. Quarto quantum ad sententiam verborum, quam pervertit luxuria propter caecitatem mentis quam causat: quæ proterviter in stultiloquia; ut pote cum suis verbis proferat delectationes quas appetit, quibus sententia aliis rebus. Hactenus politerime Angelicus Docteur.

VI. Quæst. III. *Quot sint luxuriæ species?*  
 Resp. VI. Gratianus in Decret. caus. xxvi. q. 1. cap. 11. & cum ergo hæc quinque tantum enumerat. Alii sex designant. Communis sententia septem esse docet. Sunt autem simplex fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, rapus, vitium contra naturam, sacrilegium. Quamvis D. Thomas 2. 2. q. clv. art. 1. sex tantum enumeret, sacrilegium ad adulterium revocans, quod adulterium spirituale nuncupat; tamen artic. 10. eisdem questionis sacrilegium considerat ut peculiarem luxuriæ speciem.

VII. Ratio diversitatis specificæ sumitur a materia, seu obiecto, secundum quod rationi opponitur. Venere delectationis obiectum duplici via rationi repugnat. Primo modo, cum aut finem delectationis impedit, qui est vitium generatio, & hoc est vitium contra naturam; aut impedit prois educationem, & est simplex fornicatio. Altero modo repugnat delectationis venere materia, seu obiectum rectæ rationi potest, prout referunt ad alios homines: quod duobus eventis modis potest. Primo ob femine qualitatem, cui debetur honor non levatur, ut si sit aut affinis, aut consanguinea: cui si vir millecatur, perpetrat incestum. Secundo ob potestatem cui femina subiacet: si enim libidina marito sit, qui eam agnoscit, ad herium committit; si vero sub paterna potestate confluita sit, commixtio stuprum est; si e domo paterna auferatur, & vis adfit, rapus dicitur; denique si Deo per votum dicata fuerit, sacrilegium est. Hæc sunt luxuriæ species quæ singularem

produunt repugnantiam cum recta ratione, in genere suo peccata mortalia.

VIII. Quæst. IV. *Distinguentur ne omnes species luxuriæ intra proprium genus essentialiter, vel tantum accidentaliter?* Resp. Prolixum, & valde implicatam Scholastici disputationem habent super quæstione proposita. Convenit bene omnes, fornicationem, pollutionem, bestialitatem, & sodomitam esse species atomas, maxime post 24. propositionem ab Alexandro VII. damnatam. Id id quædam affirmant plures; negant alii, quos inter Salmanticenses tract. xvi. cap. 1. punct. 3. Quam fit ad proximam iniuriam disputatio isthæc, nemo non videt. Prior sententia sustinet, adulterium, stuprum &c. ita contrahere essentialiter genus luxuriæ, ut species atomæ distinguantur a simplici fornicatione. Iuxta hanc sententiam in adulterio non sunt due malitiæ species distinctæ, altera fornicationis, altera incestus, quod adulterium constituit; sed est una sola species, conflata ex fornicatione, & adulterio; est una malitia, utramque malitiam fornicationis, & adulterii continens. Secunda sententia negat, intra genus luxuriæ essentialiter distingui adulterium a fornicatione; ita ut adulterium sit ultima specifica differentia, contrahens essentialiter genus luxuriæ, & constituens unam speciem atomæ, quæ eminenter continet utramque malitiam fornicationis & adulterii: sed contendit, in adulterio esse duas malitias species distinctas, quæ nequeunt unam tertiam malitiam ex utraque conflantem efficere, eo quod adulterium sit circumstantia accidentaliter adveniens luxuriæ generi. Siquidem adulterium peculiariter iniuriam speciem prodit, quæ ad genus luxuriæ revocari nequit; sed et omnino disparata, & ad aliud genus omnino diversum pertinet, nimirum iniustitiam. Porro tunc ex genere, & differentia una species atomæ coalescit, quando differentia intima est, siquæ natura contrahens, limitantique generis potestatem. Iniustitia autem adulterii estima propositæ est generi luxuriæ, & ad aliud genus pertinet. Ergo nequit ita genus luxuriæ contrahere, ut efficiat unam speciem atomæ, contentientem eminenter utramque malitiam adulterii, & fornicationis; sed sunt duæ malitiæ species distinctæ, & accidentaliter copulatæ. Satis compertum est quam inutilis sit hæc metaphysica disputatio. Utcumque enim res se habeat, utraque sententia docet, duplicem in adulterio, in incestu &c. reperturum

rii malitiam in confessione exprimentam. Quod potro haec dicit malitia unam tertiam per modum generis, & differentie consent, utrique equivalentem, aut quod dicit remanent accidentaliter coniuncta, tanquam duod ad diversa genera pertinentia; mera speculatio metaphysica est, nullius proferis utilitatis. Utraque opinio non contentenda argumenta pro se habet, quae expendere minime convenit, cum nullum inde emolumentum speretur.

## CAPUT IV.

De castitate, quae hoc sexto mandato iubetur.

**Q**uodlibet praecipitur, dum virtutum prohibet, contrariam virtutem iubet. Ideo Deus luxuriam vetat, ut castitatem colamus. Hoc theologicum principium certissimum altius memorie commendandum est, utpote summi momenti. Si in hac luculentissimam doctrinam collapsae disciplinae Regularis animum intenderent, ex templo intelligerent quam fit enormis illorum error qui autumant, votum paupertatis non recipere communitatem, dum vetat proprietatem, si ideo votum prohibet proprietatis virtutum, ut virtus excolatur communitatis. Verum de hoc obiter, cum haec de re factus alibi disputatum sit. Ad nostra igitur regrediamur. Catechismus Concilii Tridentini III. Part. in 6. praecipit, num. 2. hanc doctrinam confirmat his verbis: Hoc praecipit multa continentur. . . . Eius duplex vis est; altera, quae dicitur verbis adulterium vetat; altera, quae cum sententiam inclusionem habet, ut animi corporisque castitatem colamus. Duo ergo spectat mandatum illud. Primum sub nomine adulterii quaecumque delectationem veneream illicitam prohibet. Secundo iubet ut quilibet virtutem castitatis animi, & corporis colat. Animi igitur desideria, & delectationes pravae coercere quilibet debet; corpus vero purum, & intaminatum ab omni immunditia custodire. Id enim prodit vel ipsum castitatis nomen, quod a castigando animum, tum corpus nuncupatur.

II. Duplex in sensu castitatem accipit D. Thomas 2. 2. quae. cl. artic. 2. Primum in sensu minus proprio, seu metaphysico, prout significat animi puritatem, nulla peccati lae inquinatam: quo in sensu loquitur D. Paulus II. ad Corinth. xi. Respondi enim quo uni viri virginem castam exhibere Christum. Haec castitas spiritualis est, in caelestium contemplatione sita, opposita fornicationi spiri-

tuali, vi cuius mens delectatur in rebus creatis contra ordinem a Deo praecipitur, iuxta illud Hieremie 111. Tu autem fornicatus es me dicit Dominus, & ego suscipiam te. In hac acceptione castitas virtus generalis est.

III. Castitas proprie accepta peculiaris virtus est, quae concupiscentiam compescit in delectationibus venereis; ne limites excedat, aut loci, aut temporis, aut status cuiuscunque personae. Quare sicut abstinentia moderatum utrum in esculentis, & sobrietas in potulentis, ita castitas cohibet usum voluptatis in rebus venereis. Audiamus Angelicum 2. quae. cl. artic. 2. Nomen castitatis dupliciter accipitur. Uno modo proprie: & sic est quaedam specialis virtus, habens specialem materiam, scilicet concupiscentias delectabilem quae sunt in venereis. Alio modo nomen castitatis accipitur metaphysice. Sicut enim in corporis commixtione consistit delectatio venereorum, circa quam proprie est castitas, & oppositum vitium, scilicet luxuria; ita etiam in quadam commixtione spirituali mentis ad res aliquas consistit quaedam delectatio, circa quam est quaedam spiritualis castitas metaphysice dicta, vel etiam spiritualis fornicatio similiter metaphysice dicta. Si enim mens hominis delectetur in spirituali commixtione ad id cui debet coniungi, scilicet ad Deum, & abstineat se ne delectabiliter alius coniungatur contra debitum divini ordinis, dicitur castitas spiritualis. . . . Si autem delectabiliter contra debitum divini ordinis coniungatur mens quibuscumque aliis rebus, dicitur fornicatio spiritualis. . . . Et hoc modo accipitur castitatem, castitas est generalis virtus.

IV. Castitas proprio in sensu accepta duplex est. Altera perfecta, imperfecta altera. Illa ab omnibus voluptatibus carnis, five licitis, five illicitis, abstinere, nuptus exclusis, & appellatur virginitas. Haec sola voluptates carnis illicitas reicit; quae dividitur in conjugalem, & vidualem. Coniugalis abstinere ab omni copia illicita, servatque in usu matrimonii regulas loci, temporis, finis a recta ratione praecipitur. Vidualis est quae post matrimonium sibi temperat ab omni carnali copula.

V. Disputant Theologi, si ne diviso illius castitatis in virginalem, conjugalem, & vidualem generis in species. Respondet D. Thomas 2. 2. quae. cl. artic. 3. ad 5. Castitas conjugalis ex hoc solo habet laudem quod abstinet ab illicitis voluptatibus. Unde non habet aliquam excellentiam supra communem castitatem. Vidualis autem dicitur quidem supra casti-

casti-

castitatem communem, non tamen pervenit ad illam quod est perfectum in materia ista, scilicet ad continentiam immunitatem venereae voluptatis; sed sola virginitas: & ideo sola virginitas ponitur virtus specialis supra castitatem, sicut magnificentia supra liberalitatem. Paucis ergo habes, nec conjugalem, nec vidualem castitatem esse virtutem a communi castitate distinctam, sed tantum modos eiusdem.

## CAPUT V.

In qua sita sit virginitatis notio, & qua ratione a castitate distinguitur.

**IREM** hanc paucis expedit Angelicus 2. 2. quae. cl. artic. 1. ubi & nomen, & essentiam virginitatis declarat his verbis. Nomen virginitatis a virore sumptum est. & sicut illud dicitur virore, & in virore virgines persistere quod non est ex superabundantia carnis adustionem expertum; ita etiam virginitas hoc importat quod persona cui inest, immunitas sit a concupiscentiae adustione. quae esse videtur in consummatione maxime delectationis corporalis, qualis est venereorum delectatio. Unde Ambrosius dicit in Lib. I. de virginibus. quod castitas virginialis est expertus contagionis integritas. In delectatione autem venereorum tria est considerare: unum quidem, quod est ex parte corporis, scilicet violentatio sanguinis virginialis; aliud autem, cum eo quod coniungitur id quod est anima, cum eo quod est corpus, scilicet ipsa resolutio seminis delectationem sensibilem causans: tertium autem est solum ex parte animae, scilicet propositum perveniendi ad talem delectationem. In quibus tribus id quod primo positum est, per accidens se habet ad morem actum, qui non consideratur per se, nisi secundum ea quae sunt animae: secundum vero materialiter se habet ad actum moralem: nam sensibiles passiones sunt materia moralium actuum: tertium vero se habet formaliter, & completive: quia ratio moralis in eo quod est rationis completur. Quia ergo virginitas dicitur per remotionem praedictae corruptionis, consequens est quod integritas membri corporalis per accidens se habeat ad virginitatem: ipsa autem immunitas a delectatione, quae consistit in seminis resolutione, se habet materialiter: ipsam autem propositum perpetuo abstinenti a tali delectatione, se habet formaliter, & completive in virginitate.

VI. Duplex ergo virginitas. Altera naturalis, haec materialis, in carnis integritate a cuiusque impure contagionis lae immuni sita, quae amitti per matrimonium potest absque peccato: Ideo virtus non est. Altera moralis, quae praefer naturalem virginitatem adfert propositum constantis firmiterque perpetuo carnis custodiendi integritatem. Si propositum hoc non includat perpetuum abstinentiam a quaecumque re venerea, sed solum fit temporarium, utique dum matrimonium occasio occurrerit, non habetur virtus virginitatis. Haec puella quae integritatem virginalem ad matrimonium utique servant, virgines quidem nuncupantur; virginitatis tamen virtute praeditae minime sunt, ob defectum propositi de liberati perpetuo servandi suam integritatem.

III. Quae. I. Est ne virginitas haec virtus a castitate distincta? Resp. affirmat D. Thomas 2. 2. quae. cl. artic. 3. haec ratione. Manifestum est quod ubi est specialis materia boni, habens specialem excellentiam, ibi invenitur specialis ratio virtutis; sicut patet in magnificentia, quae est circa magnos sumptus, & ex hoc est specialis virtus a liberalitate distincta, quae communitate se habet circa omnem pecuniarum usum. Hoc autem quod est conservare se immunitatem ab experimento venereae voluptatis, habet quandam excellentiam laudis supra haec quod est conservare se immunitatem ab inclinatione venereae voluptatis. Et ideo virginitas est quaedam specialis virtus, habens se ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem.

IV. Disputant in utramque partem Theologi, sit ne necessarium votum, an sufficit solum propositum, ut virginitas sit specialis virtus a castitate distincta. Votum requiri, propositum firmans, docere videtur D. Thomas 2. 2. quae. cl. artic. 3. ad 4. his verbis. Virginitas, secundum quod est virtus, importat propositum voto firmatum integritatis perpetuo servandae. Dicit enim Augustinus in Lib. de virginitate, quod per virginitatem integritas carnis ipsi Creatori animae, & carnis roborum, conservatur, servatur. Unde virginitas, secundum quod est virtus, nunquam amittitur, nisi per peccatum.

V. Salmanticenses tract. xxvi. cap. 1. punct. 5. 8. 1. num. 37. respondent, D. Thomam nomine voti significare dimittere, quod propositum integritatis virginis servandae debeat spectare divinum obsequium Deo liberius praestandum. Quomobrem virginitas Vestalium virtus non erat, quia ob finem vanum, & humanum servata. Quod declarat Angelicus ipse ibidem in corp. articuli sic inquires: Quod quidem propositum laudabile redditur ex fine, inquantum scilicet hoc fit ad vacandum rebus

rebus divinis. Confirmant laudati Salmanticensium non requiri votum, sed satis esse profectum, ut virginitas sit peculiaris virtus, pluribus aliis D. Thomæ auctoritatis virtus, potissimum ex *17. Sent. dist. xxxiii. quæst. 3. artic. 2. & ex 2. 2. q. clii. artic. 3.* ubi Iohannes propostum mentionem Angelicus facit: quod verum habet. At res tanti non est, ut longior requiratur disquisitionem. Michi tamen probabilior sententia est, D. Thomam requirere votum, propostum firmans; quia ratio quam adducit, ineluctabilis videtur, videlicet virtutem non amitti, nisi per peccatum. Propostum autem abique peccato violari potest. Ideo enim quis proponit, & a voto abinitur, ut liber sit ad nuptias inveniendum. Et sic docent Caietanus 2. 2. q. cliii. art. 3. ad 4. Ioannes a S. Thoma 1. 2. disp. xv. artic. 2. numer. 11. Communis quoque sensus id habere videtur. Nam tam homines, quam mulieres, quæ virginitatis amore flagrant, eam voto Domino consecrant.

IV. Quæst. II. Est ne virginitas excellentior matrimonio? Resp. Adfirmat omnes Catholicum cum D. Thoma 2. 2. q. clii. art. 4. ubi hoc pacto huiusmodi veritatem, quæ fidei est, evincit. Dicendum, quod, sicut patet in Lib. I. Hieronymi contra Iovinianum, hic error fuit Ioviniani, qui posuit, virginitatem non esse matrimonium preferendam. Qui quidem error precipue destruitur, & exemplo Christi, qui & matrem virginem elegit, & ipse virginitatem servavit, & doctrina Apostoli, qui 1. ad Cor. vii. virginitatem consulat, tamquam melius bonum: & etiam rationem, tum quia bonum divinum est potius humano bono, tum quia bonum anime profertur bono corporis, tum etiam quia bonum contemplativum vitæ profertur bono activæ. Virginitas autem ordinatur ad bonum anime secundum vitam contemplativam, quod est cogitare ea quæ sunt Dei; coniugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod est corporalis multiplicatio generis humani, & pertinet ad vitam activam: quia vir, & mulier in matrimonio vromes necesse habent cogitare quæ sunt mundi, ut patet per Apost. 1. ad Cor. vii. Unde indubitanter virginitas preferenda est continentie coniugali.

VII. Advertendum, comparationem fieri status virginis cum statu matrimoniali, seu cum pacto sacramentum & virginitatem: nam patet sacramentum præstare virginitati.

VIII. Advertitur præstatum catholicam veritatem obicitur hæretici recentiores, Lutherani, & Calvinistæ, Ioviniani aborugue hæreticorum assecræ, præceptum a Deo primis

parentibus impositum Genes. I. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Huius divini mandato adverteatur virginitas. Ergo aut est a Deo prohibita, aut inferioris excellentiæ matrimonium.

IX. Sophisma istud pluribus sæculis ante Lutherum, & Calvinum dilucet Angelicus 2. 2. quæst. clii. art. 2. ad 1. Præceptum habet rationem debiti, ut supra dictum est. Dupliciter autem aliquid est debitum. Uno modo, ut impleretur ab uno; & hoc debitum sine peccato præteriri non potest. Aliud autem est debitum implendum a multitudine; & ad tale debitum implendum non tenetur quilibet de multitudine. Multa enim multitudo sunt necessaria, ad quæ implenda unus non sufficit; sed implentur a multitudine, dum unus hoc, alius illud facit. Præceptum igitur legis naturæ homini datum de conestione, neque est quod ab unoquoque impleretur: aliter enim individuum conservari non posset. Sed præceptum datum de generatione respicit totam multitudinem hominum, cui necessarium est, non solum quod multiplicetur corporaliter, sed etiam quod spiritualiter proficiat. Et ideo sufficienter præceditur humane multitudini, si quidam carali generationi operam dent, quidam vero ab eâ abstinentes, contemplationi divinum vacent ad totius humani generis salutem, & salutem. Sicut etiam in exercitu quidam causa custodiam, quidam signa deserunt, quidam gladiis decerant: quæ tamen omnia debita sunt multitudini, sed per unum impleri non possunt. Aliqui contendunt, Denui citatis verbis non imposuisse præceptum, fed tantum benedixisse hominibus, & approbasse matrimonium; pro qua opinione adducitur Augustinus Lib. XXI. de Civit. Dei c. xxxi. & Lib. XIV. cap. xxi. ubi explicat laudatum textum; sed nec in quæstionem vocat, fuerit ne illud præceptum, vel non. Ceterum D. Thomæ responsum plane evacuat argumenti difficultatem; & præceptum, quod admittit, rationi magnoque congruit. Neque enim minus necessaria est speciei quam individui conservatio. Porro si comestura ad individuum alendam sub præcepto cadit, potiori iure commixtio maris, & femine præcepto imponenda erat, ut naturæ humane species consisteret.

X. Opponunt iterum Lutherani, & Calvinistæ. Virginitas a Deo præcepta non est: ergo superfluentem sapientiam, eam per votum Deo consecrare. Ille enim cultus superfluitus habetur qui a Deo non præcipitur, ut patet ex Deuter. cap. xxi. Quod præcipio tibi, hoc

tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.

XI. Falluntur turpiter Lutherani, & Calvinistæ, arumantes id solum Deo gratum esse quod ab eo præcipitur. Quin quod liberior est victima, eo est gratior, dummodo honesta sit. Virginitas suapte natura hostia pura est, & immaculata. Libera quoque est, cum eoque liceat matrimonium contrahere. Ergo Deo gratissima. Superfluitosa ne fuit virginitas, quam Christi mater Deo obtulit? Disputant quidem Theologi, si ne congrua voti materies res a Deo præcepta. Et quantum communior adfirmet sententia, non desunt tamen qui negent. Nemo autem unus in discrimen adduxit, rem honestam, nullo modo mandaro præscriptam, sed solo Dei consilio probatam idoneam esse voti materiam; adeoque licitum esse, immo laude, meritoque dignum, eam Deo voto nuncupare.

XII. Obtrudunt textum D. Pauli I. ad Timoth. cap. v. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasione dare adversario maledicere gratis. Ergo, S. Paulus esse, matrimonium præferendum est virginis continentie.

XIII. Resp. Sermonem ibi S. Paulus habet de viduis adolescentioribus, lascivis, otiosis, loquacibus, quæ per domos discurrunt, aliis occasione erant libidinis. His omnibus melius est nubere quam uri. Et ita verum habet quod virginitas non sit necessaria. At si in multis dominatur spiritus lascivie, in aliquibus etiam ardet virginitatis amor. Proferamus ipsum D. Pauli textum. Adolescentiores autem viduas devota: cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & otiose discurrunt circum domos: non solum otiose, sed & verbose, & cavose, loquentes quæ non oportet. Volo autem hæc. Facta hypothese quod mulieres his inclinationibus sint affectæ, nemo erit prudens qui eisdem virginitatis votum suadeat: quin cum Apostolo, ut matrimonium contrahant, consulendum ipsi erit. Quod subduunt, bonum commune præferendum esse bono privato; virginitatem autem bonum privatum esse, & matrimonium commune bonum profectum: hoc argumentum, quod prolixo sermone Calvinus exaggerat Lib. V. inf. cap. vi. & xvii. & seqq. paucis verbis resolvit D. Thomas 2. 2. quæst. clri. art. 4. ad 3.

Bonum commune (inquit) potius est bono privato; si sit eiusdem generis: sed potest esse quod bonum privatum sit melius secundum suum

genus. Et hoc modo virginitas Deo dicata præfertur secunditati carnali. Unde Augustinus dicit in Lib. de virginitate, quod secunditas carnis, etiam illarum quæ in hoc tempore nihil aliud in coniugio quam prolem requirunt, quam mancipant Christo, promissa virginitate compensari non posse credenda est.

XIV. Quæst. III. Sit ne in viris æque ac in feminis virtus virginitatis? Resp. Virginitas materialis, in clastro virginali incorrupto sita, formatam duntaxat propria est: quia ille sola clastro virginale habent aperierunt, aut integram servandam. Virginitas formalis, quæ propostum perpetuo abstinendi a quacunque venerea delectatione voto firmatum prodir, non minus viris quam mulieribus congruit.

XV. Quæst. IV. Qua ratione virginitas imitatur R. In puellis fides virginitatis perit irreparabiliter ob voluntariam virginis clastro violationem; fove clastro aperitur clastro carnali, sive actibus turpibus. Vir itam amittit virginitatem ob voluntariam carnalem copulam. Hoc ex virginitatis explicatione patet. In feminis tria necessaria sunt ad virtutem virginitatis, nimirum clastro virginale incorruptum, privatio delectationis venereæ, & propostum perpetuæ abstinentiæ. Hæc tria perunt, quoties clastro virginale infringitur copula, aut turpibus actibus quibus delectatio venerea delibatur, & propostum abstinendi transigitur. Vir autem virginitatis iacturam præterit per voluntariam copulam, aut pollutionem voluntarie procuratam, in qua & delectationem veneream experitur, & propostum ab ea sibi temperandam, & propostum ab ea hoc omnino est. Si enim semel anima inquinata fuerit, fieri nec divinus potest quin fuerit inquinata. Corpus lesam, & lauciatum utique sanari potest. At quod vulnus reple in sicutum, non fuerit insiduum, fieri nequit, ut propertine docet D. Thomas 2. 2. quæst. clri. art. 3. ad 3. Illud autem est quod nec miraculose reparari potest, ut scilicet qui expertus est voluntarie veneream, fiat non expertus. Non enim Deus facere potest ut ea quæ facta sunt, non sint facta, ut in primo habuimus est.

XVI. Quæst. V. Antri ne virginitas potest extra matrimonium abique culpa? Resp. Communis, veraque sententia negat, quæ docet D. Thomas 2. 2. quæst. lvi. art. 3. ad 4. iniquus: Delectatio quæ est ex feminis resolutione, dupliciter potest contingere. Uno modo ut procedat ex motu proposito, & sic modo virginitatem, sive fiat per concubitum, sive

five absque concubitu . . . Alio modo potest provenire propter propositum mentis vel in dormiendo, vel per violentiam illatum, cui mens non consentit, quavis caro delectationem experiat, vel etiam ex infirmitate nature, ut patet in his, qui fluxum seminis patiuntur, & sic non perditur virginitas: quia talis pollutio non occidit per impudicitiam quam virginitas excludit. Ratio ex dictis patet. Quoniam virginitas in proposito firmo, perpetuoque abstinendi a re venerea sita est. Corporis materia perenne, non perit animi virtus, non accedente voluntatis consensu. Hinc est quod Heroica illa S. Luca tyranno improperavit: *Si invitum iussit violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.*

XVII. Quæst. VI. Quæ medis tum in feminis, tum in viris virginitas naturalis amittatur? Resp. Primo per copulam voluntariam cum viro, five intra, five extra matrimonium habitam. Secundo per copulam involuntariam, que, licet virtutem virginitatis non ledat, ledit tamen signaculum virginitatis in feminis. Tertio virilis instrumenti intrusione, tamen pollutio non sequatur: quia satis est ut actio iustice apta sit pollutionem parem, & interea rumpitur virginitatis signum, pollutum, si femine puberes sint. In viris tamen virginitas naturalis non amittitur per actus turpes, si non sequatur seminis effusio: quia viri non habent, sicut femine, virginitatis signum. Quare illi virginitatem naturalem irreparabiliter non amittunt, nisi per voluntariam seminis effusionem. Nunc vero amittatur virginitas naturalis per sodomitiam, tam in feminis, quam in viris, quando nulla sequitur pollutio, disputant in utramque partem Theologi. Amitti virtutem virginitatis certum est. Quod vero non amittatur virginitas naturalis in feminis, inde colligitur quod signum virginitatis non infringatur. In viris vero, cum nullam virginitatis naturalis signaculum sit, id clarus apparet. Ceterum, licet hæc physice vera esse queant; tamen absolute, & theologicè loquendo natura ipsa horret eos reparare virgines, etiam corporis integritate læsata, qui tam nefando scelere sunt contaminati.

## CAPUT VI.

De simplici fornicatione, si ne iure natura, videtur divino, vitata.

**V**aria est in sacra Scriptura fornicationis usurpatio. Interdum sumitur pro idololatia, & infidelitate, ut habetur Hierem. 111. *Abiit super omnem montem excessum, &*

*sub anni ligno frondoso, & fornicata est tibi.* Interdum pro quocumque peccato mortali, quo anima a Deo recedit, ut colligitur ex Osee iv. *Separatum est concubium eorum, fornicatione fornicati sunt.* Doctores plures fornicationis nomen a verbo fornicor repetunt: quoniam meretrices olim in fornicibus ad formam arcus extructis morabantur, ibique in fornicum profectu, apposito fornicationis nomine, pretium praestitum ostendebant. Alii contendunt, fornicationem significare fornicationem: quia anima rationalis, ad Dei similitudinem effecta, mystice occiditur. Sed, his variis usurpationibus missis, fornicationis, que noltra subest disputationi, finitio est exhibenda.

II. Hæc est fornicationis definitio: *Concubitus humanus naturalis solus cum soluta corrupta.* Dux primæ particule distinguit fornicationem a concubitu bestialium, idcirco dicitur *humanus*: & a mollitie, quæ est contra naturam; ideoque dicitur *naturalis*. Dux ultimæ *soluti cum soluta* secernit fornicationem tum a concubitu matrimoniali, tum a concubitu cum persona affine, vel conlangue, vel voto continentiae per Religionem, vel Ordinem sacrum ligata. Ultima particula corrupta distinguit fornicationem a stupro, quod fit cum virgine. Quare D. Th. 2. 2. quæst. cliv. art. 6. ad 1. definit fornicationem his verbis: *Fornicatio est concubitus qui fit cum mulieribus iam corruptis.* Hæc omnia communia sunt, nullamque præferunt difficultatem. Illud negotium quibudam facile re videatur, sit ne iure nature vitata.

III. Dogma fidei est, fornicationem grave scelus esse a Deo severissime veritum pluribus in locis tum veteris, tum novi testamenti. Deut. cap. xxiii. *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec fornicator de filiis Israel.* Idem mandatum repetitur in Lev. cap. xiiii. *Nec prostribus filium tuum.* Item Tobie iv. *Attende tibi, fili mi ad omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen fornicationis.* Ecclesiastici cap. xli. *Erubescite a respiciendo mulieres fornicantes.* In novo autem testamento I. ad Cor. v. *Ne commissicamini fornicationi; & vi.* *Neque fornicarii regnum Dei possidebunt.* Item ad Ephes. v. *Fornicatio autem, & omnis immundicia, aut acritudo nec nominetur in vobis, sicut docet Sanctus.* Ad Thessalon. I. cap. iv. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatione vestra, ut abstinatis vos a fornicatione.* Plures alios textus brevitas gratia prætereo, ut ad id quod in discrimen vocatur, subtilius explicandum accedam.

IV. Ita.

IV. Itaque Martinius de Magistris tract. de temp. 9. 11. contendit, fornicationem determinati viri cum determinata femina non esse contra ius naturæ; quod nec certitudo prolis, nec educatio convenientis impediatur. Durandum in 17. dist. xxxvii. quæst. 11. n. 10. fit, ut fornicationem iure naturali prohiberi; at non tanta severitate, ut dicenda sit peccata non tanta levitate, morte dignum. Hoc tamen assertum, quod scilicet habeatur inter duas personas que extra matrimonium ex pacto mutuo vivere velint cum opere alenda, & educande libolis. Ioannes Caramellatus habentia remisit. Nullam ipse fornicationem, five vagam, five certam contendit esse peccatum solo nature iure spectato. Illius argumenta, seu sophismata infra dabimus. Thomas Tamburinus, quamquam fateatur iure nature vitari fornicationem, tamen, ne omnino a suo Caramelle recedat, subdit exploratam nobis hanc esse rationem naturalem que id evincat. *Dicendum inquit Lib. VII. cap. 1. §. 1. num. 1.) nobis est, dari rationem naturalem id certo probantem, sed ingenue fatemur nos decet, non a priori nullam clare esse comprehendam.* Quia facta positio, energia Probabilissimi ultra progredi quique valet. Ut rationes illas competas efficiam, eas sequentibus paragraphis pariter explicabo.

V. Sub oculo revocandæ primam omnium sunt due propositiones ab Innocentio XI. prospectæ. Sunt autem sequentes. 43. *Tam clara videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solam esse malam, quia interdicta, ut contrarium rationi dissonum videtur.* 59. *Mollities iure nature prohibita non est: unde, si eam Deus non interdixisset, sape esset bona, & aliquando obligatoria sub naturali.* Ambas propositiones docuit Caramuel, ut infra palam fiet. Rationum momenta que earum falsitatem evincunt, promenda nunc sunt. Nec quilibet reputet levioris esse momenti, aut solius metaphysici dissidii causam illam. Quoniam, posita expressa prohibitione vir legis naturalis, evidenter patet malitiæ gravitas.

## §. I.

Rationes quibus S. Paulus Apostolus improbat profanas propositiones, explicantur.

**I**D. Paulus Apostolus I. ad Cor. vi. primum vers. 9. testatur fornicationem vitatam esse, atque a regno Dei excludere. *Die nescitis quia iniqui regnum Dei*

*non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ferventes, neque adulteri, neque mulles, neque masculorum concubitores &c.* Deinde rationes promittit, cur prohibita sit fornicatio vers. 13. & 14. *Escarotri, & vener escis . . . Quorum autem non fornicationis, sed Dominio, & Dominio corpori. Deus vero & Dominum suscitavit, & nos suscitabit per virtutem suam.*

II. D. Thomas hoc Pauli testimonium exponens inquit lect. 114. *Improbatur autem fornicationem quatuor rationibus.* Harum rationum alia ex præsuppositis fidei principiis vi naturalis rationum; alia solo nature lumine deformitatem evincunt fornicationis; ut ex earumdem declaratione palam fiet.

III. Prima ergo D. Pauli ratio ex ordinis ab ipsa natura instituti inversione eruitur. *Corpus autem non fornicationis, sed Dominio, & Dominio corpori. Deus vero & Dominum suscitavit, & nos suscitabit per virtutem suam.* Corpus ergo sua primaria institutione non ad fornicandum creatum est, sed ad glorificandum Dominum, seu ut sit particeps glorificationis corporis Christi Domini. Deus suscitavit Christum, ut fit pignus, & ipse suscitatio nostrorum corporum, que pariter suo tempore suscitabit, & reformabit confusuram corpori claritatis Christi. Quis porro inficiabitur, dedecere, rationique admodum repugnare, inquirari corpus illud quod in finem adeo sublimem elevatum est? Dissonat ergo ratio, lumine hæc illusata, corpus fornicationem pollui. Hæc est ratio quam ex Paulino textu eruit D. Thomas in I. ad Cor. cap. vi. lect. 111. *Corpus autem hominis non fornicationis, idest non ordinatum ad fornicandum, sed Dominio, idest ad hoc est ordinatum ut sit Domini nostri Iesu Christi: & Dominio corpori; Dominus Iesus Christus ad hoc datus est hominibus, ut humana corpora sua gloria conformet . . . Sed contra hoc videtur esse quod sicut venter ordinatus est a Deo ad usum ciborum, ita quedam membra humani corporis sunt ordinata a Deo ad usum generationis, quibus fornicatio exercetur. Sed attendenda est differentia quantum ad dat. Primo quidem quod Apostolus supra locutus est de uno corporis membro, scilicet de ventre; hæc autem loquitur de toto corpore, quod sicut non est ordinatum ad fornicandum, ita nec ad efusum seminum; sed potius usus escarum est propter corpus; corpus autem propter animam, a qua percipit vitam secundum eius conditionem: & quia omnia ordinantur in Deum sicut usum, ideo corpus debet esse subiectum Domini,*

C. ei